



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De mendacio gradus. XII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

habitabant, per totam hebdomadam districta cen-
 ra silentium seruabant, solo dominico die post cenam
 confabulabantur, teste Petro Damiano in vita. S. Co-
 minici Loricati.

De mendacio gradus. XII.

EX lapide quidem ac ferro excutitur ignis, et
 loquacitate vero ac iocis mendacium nati-
 tur. Mendacium est charitatis exterminatio,
 pericurium vero dei abnegatio. Nullus recte sen-
 tium paruum esse mendacij peccatum existimauit.
 Quippe contra nullum vitium terribiliori senten-
 tia spiritus sanctus vsus est. Sicut ait Dauid ad Do-
 um: Perdes oēs qui loquuntur mendacium, quod
 illi passuri sunt, qui iuramentis mendacia con-
 gunt & consummant. Vidi nonnullos mendacia
 gloriari, eisquē se honestari putare, qui cum
 cis, ociosoquē sermoni ridicula nonnulla subie-
 erent, audientium luctus miserabiliter demo-
 sunt. Quoties dæmones ab huiusmodi faecitatis
 auditu, velut à pestilentiali morbo statim per
 choationē grauis ac molesti authoris nos fugos
 velle perspexerint, tunc iā gemina nos ista cogi-
 tione illaqueare nituntur, nobis ita suggerentes. No-
 li contristari fratrē talia narrantē, aut certe
 teipsum cæteris astantibus meliorem, diuina
 rerū studiosiorē iudicare. Exi citius nec morā
 lā ibi feceris. Sin alias, in oratione tua ridiculo-
 rum rerū tibi imagines finges. Neq; inde fugiam
 lum verū & iniquum cœtum religiosa seueritate
 dissolue, mortis atque iudicij mentionem in
 dium adducens. Est quippe præstantius exho-
 fortasse modicum inani gloria respergi, vtpu-
 mis ita inueniaris vtilitatis author, quam pere-
 nauum & improbum silentium tibi pariter &
 lijs detrumentū causa fieri. Simulatio, mendac-

Psalm. 5.

mater est, sæpe vero etiam materia. Quippe qui-
 dam simulationē nihil aliud esse definiunt, quam
 mendacij meditationem atque opificem, agglu-
 tinatum sibi atque connexum habentem iusiurā-
 dum. Qui timorem domini possidet alienissimus
 est à mendacio, iudicem habens incorruptum cō-
 scientiam suam. Sicut in perturbationibus reli-
 quis damni differentiam agnoscimus, ita & in
 mendacio quoq;. Aliter enim ille iudicatur qui
 per supplicij, timorem, aliter qui nullo propo-
 sito mentitur. Alius deliciarum mentitur causa. A-
 lius voluptatis gratia. Alius vt astantibus mo-
 ueat risum. Alius vero vt insidietur fratri, e-
 umquē detrimento aliquo afficiat. Ex crucia-
 tibus principum deletur mendacium, ex lachry-
 marum vero multitudine in finem perimitur. Di-
 spensationem allegat, qui mendacium suggerit,
 & perditionem animæ sæpe iustitiam existimat.
 Raab se imitari argumentatur qui mendacia cō-
 fingit, per quæ perditione sua, aliorum salutem se
 moliri dicit. At quidam Gum à mendacio mun-
 di fuerimus, tum si ita aliquando necesse sit, tem-
 pore admoniti, ipsum² cū timore subeamus. Ne-
 scit puer mendacium, ita ne anima quidem quæ
 fuerit ab iniquitate omnino aliena. Qui vino ex-
 hilaratus fuerit, & si nolit, vera in omnibus di-
 cet. Qui vero compunctione fuerit inebriatus,
 mentiri non poterit.

In 12. gradum. Annotationes.

1. Hoc est. Qui mentiri vult, aut alteri mendacium sug-
 gerere, in sui delicti patrocinium adducit dispensatio-
 nem diuinam, fingitquē Deum in quibusdam menda-
 cijs, scilicet iocosis & officiosis dispensare: nec pro pec-
 cato estimare, Quod q̄ verè faciat, consulte Aug. libr.
- contra

contra mendacium et in Psalm. 5. Item D. Thomam
22 q. 110. a. 5.

Qui in casu & tempore necessitatis inveniendum
se putant aliquem modum mentiendi. siue per An-
phibologias, siue per modum aut factum callidum, &
quod in vtramque partem interpretari potest, Abri-
hamum Genes. 22 Iacobum Genes 27, Obstetrices A-
gyptias & alios in sui defensionem allegant. Sed ma-
le: Consule Canum libr. 2. cap. 4. Locorum Theolog-
corum.

De acedia Gradus XIII.

VNus & hic nonnunquam ex loquacitate
ramis est, vt iam in prioribus diximus, p-
triaq; progenies, acedia est. Quo circa co-
gruum illi ordinem in nequissima cathena distri-
buimus. Acedia est animi remissio, mentis relaxa-
tio, neglectio vitæ monasticæ, professionis obli-
uiscencia, cellula item prodire hortatur, sonitum aliquem
aut fragorem pedumque strepitum excitans. qui
seipsum luget, acedia nescit: hæc seculares beatus
dicit: Deum vt inclementem & immisericordem et
luminiatur: est in psalmodia inualida. In oratione
imbecillis. In ministerio ferrea, in opere manuum
impigra, in obedientia improba. Vir bene sub-
iectus alienus est ab acedia, & per ea quæ sensibilia
sunt ad intellectualia proficit. Coenobium acedia
resistit: viro autem solitario hæc indiuidua in-
ternum comes est, neque illum ante mortem de-
seret, quotidieque dum vixerit illum oppugna-
bit. Hæc anachoretæ cellulam intuita, subrit: acedia
que appropinquans iuxta sibi tabernaculum fixa
est. Mane primo languentes medicus visitat, acedia
vero monachos circa meridiem. Hospitum susce-
ptionem acedia suggerit, atque per laborem ma-
nuum